

ordinari appetat. sub eo. scz cui subdēda est. supra ea quibz pponenda est. Sub illo a quo regi debet. supra ea que regere debet. Multa em̄ per cupiditatez p̄uam tanquā sui sit oblita. sic agit. Videt em̄ quedam intrinsecus pulcra. in prestantiore natura que deus est. Et cum in ista re debeat ut eis fruatur. uolens ea sibi tribuere. et non ex illo similis illius. sed ex se ipsa esse. qd̄ ille est. auertitur ab eo. moueturqz et labitur in minus. et minus qd̄ putatur ampli2. et ampli2. quia nec ipsa sibi. nec ei quicquam sufficit recedenti ab illo qui sol2 sufficit. Ideoqz per egestatem ac difficultatem fit nimis intenta in acciones suas. et inquietas delectationes quas per eas colligit. atqz ita cupiditate acquirendi notitias ex his que foris sunt. quorum cognitum genus amat. et sentit amitti posse. nisi impensa cura teneantur. p̄ditqz securitate. tantoqz seipaz minus cogitat. quātomagis secura est. qz se non possit amittere. Ita cū aliud sit non se nosse. aliud non se cogitare. neqz em̄ multarum doctrinarum peritum. ignorare gramaticam dicimus cū ea non cogitat. quia de medicina arte tunc cogitat. Cum ergo aliud sit nō se nosse. aliud non se cogitare. tanta vis ē amoris. ut ea que cum amore diu cogitauerit. eisqz cure glutine imbecerit. attrahat secum etiam cum ad se cogitandam quodam modo redit. Et quia illa corpora sunt que foris p̄ sensus carnis adamaunt. eorumqz diuturna quadam familiaritate implicata est. nec secum potest introsum tanquā incorporee nature ipsa corpora inferre. imagines eoz conuoluit et rapit. factas in semetipsa. de semetipsa. Dat enim eis formandis quidam substantie sue. Seruat autem aliquid. quo libere de specie taliū imaginum iudicet. et hoc magis mens id ē rationalis intelligentia. que seruatur ut iudicet. Nam illas anime que corporum similitudinibz informentur. etiam

cum bestis nos communes habere sentimus. *¶ Cap. vi*

Erat autē mens. cum se istis imaginibus tanto amore coniungit ut etiaz se ēē aliquid huius existimet. Ita em̄ conformatur eis quodā modo non id existēdo sed putando. nō quo se imaginem putet. sed omnino illud ipsum cui2 imaginem secum habet. uiget quippe in ea iudicium discernendi corpus qd̄ foris relinquit ab imagine. qz de illo secum gerit. nisi cum ita exprimentur eedez imagines tāquā foris sentiantur. non intus cogitetur. sicut dormientibus. aut furentibus. aut in aliqua extasi accidere solet. *¶ Cap. vii*

Qum itaqz se tale aliquid putat. corpus esse se putat. Et quia sibi bene conscia est. p̄ncipat2 sui quo corpus regit. hinc factum est. ut quidā quererent quid corporis amplius ualeret in corpore. et hoc esse mentem. vel omnino totam animam existimarent ut empedocles et ericias opinati sunt. Itaqz alij sanguinem. alij cerebrum. alij cor. non sicut scriptura dicit. Confitebor tibi domine in toto corde meo. et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. hoc em̄ abutēdo uel transferendo uocabulo dicitur a corpore ad animum. sed ipfaz omnino periculaz corporis quā in uisceribus dilaniatis uideamus. eam esse putauerunt. Alij ex minutissimis indiuiduisqz corpusculis quas atomos dicunt. concurrentibus in se atqz coherentibus. eam confici crediderunt. alij aerem. alij ignem. substantiam eius esse dixerunt. alij eam nullā esse substantiam. quia nisi corpus nullā substantiam poterant cogitare. et eam corpus esse non inueniebant. Sed ipaz temporationez corporis nōstri uel compositionem primordiorum quibus ista caro tāquam connectitur esse opinati sunt. eoqz omnes eam mortale esse senserūt. qz siue corp2 esset. siue aliqua opositio